NESTLER
10 9 8 7 6 5 4 3 2 1 0

Göttingen UB. Fragm. Kasten III & Fasz. III (ohne weitere Nr.)

oart

pr̄henſioniſ ſuperbia culpa quę non erat
fiat. Sed quia haec breuiter p̄ exceſſum
diximuſ ad expoſitioniſ ordinem redeamuſ.
VI Thomaſ autem unuſ ex duodecim qui dicitur
didimuſ non erat cum eiſ quando uenit ihc.
Iſte unuſ diſcipuluſ defuit reuerſuſ quod
geſtum eſt audiuit audita credere renuit.
Venit iterum dn̄ſ & non credenti diſcipulo la
tuſ palpandum p̄buit manuſ oſtendit
& oſtenſa ſuorum cicatrice uulnerum in
VII fidelitatiſ illiuſ uulnuſ ſanauit. Quid fr̄
kmi quid inter haec animaduertitiſ. Num quid
caſu geſtum creditiſ ut electuſ ille diſcipu
luſ tunc deeſſet poſt autem ueniens audi
ret audienſ dubitaret dubitanſ palparet
palpanſ crederet. Non hoc caſu ſed diui
na diſpenſatione geſtum eſt. Egit namq;
miro modo diuina ſupernaq; clementia
ut diſcipuluſ dubitanſ dum magiſtro ſuo
uulnera palparet carniſ in nobiſ uulnera

f. 1

Gregor. M., Hom. in ev. II 26 c. 6-7, Migne PL. 76, Sp. 1201

→ Colmar
Tübingen

Göttingen UB.
Fragm. Kasten III
Fasz. III (ohne Nr.)